



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 239/18

**FŒDERATIONIS v.d.
«FEDERACIÓN MUNDIAL DE LAS
OBRAS EUCARÍSTICAS DE LA IGLESIA»**

Sanctum Ioannem Paulum II, papam, qui doctrina et testimonio vitæ exemplum Christifidelibus præbuit adorationis erga Sanctissimum Sacramentum, membri Fœderationis v.d. «Federación Mundial de las Obras Eucarísticas de la Iglesia» peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc prosequuntur.

Inde Dominus Iosephus Angelus Casero Linares, Præses eiusdem Fœderationis, communia excipiens vota, electionem sancti Ioannis Pauli II, papæ, in Patronum apud Deum prædictæ Fœderationis rite approbavit.

Idem vero, litteris die 19 mensis ianuarii 2017 datis, enixe rogavit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis, confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris præscriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

**SANCTUM IOANNEM PAULUM II, PAPAM
PATRONUM APUD DEUM
FŒDERATIONIS v.d.
« FEDERACIÓN MUNDIAL DE LAS
OBRAS EUCARÍSTICAS DE LA IGLESIA »**

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die
2 mensis aprilis 2019.

Robertus Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Præfectus

+ *Arturus Roche*

✠ Arturus Roche
Achiepiscopus a Secretis